


# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres



**L. Luciani**

**Samosateni Dialo  
gi qui infra scrip-**

to carmine suis nomi-  
nibus explicantur.

ad comendam

linguam, &


facundię,

cultum nan-

ciscendum, op-

pido q̃ aptissimi.





IV/93/73

# LVCIANI SCIPIO INTERLOCVTORES.

ALEXANDER, HANNIBAL.

MINOS SCIPIO.

Libyce, me decet præponi, melior, quidem  
sum. HANNIBAL. Immo vero me,

O

ALEXANDER. Iudicet ergo Minos,  
qui semper iustissimus iudex est habitus. Mi,

Quæ tu? Alex. hic est Hannibal Caro

thaginensis, ego autem Alexander philippi Regis filius. Mi. Per

Jonæ virique gloriosi, sed qua de re vobis altercatio est. Alexan,

De præstantia, dicet enim is sese meliorē, quæ ego, ducē exercitus fuisse.

ego vero non hoc solū, sed omnibus ferme qui ante me ætate fue

re in re militari præstantiorē me fuisse affirmo. Mi. Dicat ergo

utroque pro parte viri, tu o Libyce prius loquaris. Han. Vnde

hoc me iuvat, ut hic sermonē græcum didicerim, ut neque etiā hæc

in re Alexander me superet. Illos maxime laudis dignos puto,

qui quū parua a principio fuere propria virtute ad magnā gloriā

euasere, potentesque facti & principatu digni visi sunt. Ego cū pau

tis quibusdā Hesperia primū inuadens, quū sub consul essem op

timus a fratre iudicatus, maximis rebus idoneus visus sum, immo

Celtiberos cepti, gallos deuici & quū magnos montes transi

grassem omnē, Heridanū transcurri, multasque ciuitates cerni, &

planā Italiā subiugauī, & usque ad suburbia Romana grassatus sū.

Totque vno die Romanos occidi, ut eos annulos modis men

surari oportuerit, & ex cadaveribus fontes fluminibus fecerim,

atque hæc omnia peregi, nec Amonis dictus filius, neque deum me sine

## LVCIANI

gens, aut matris insomnia narrans, sed me hoīem fatebar pugnas  
 bāq; cōtra duces/magna prudentia, contra milites/ magna auda-  
 cia, atq; fortitudine praeclūsus. Non aduersus Medos aut Arme-  
 nios, qui antequā quispiam, sequatur, fugiunt, facileq; cuiquam  
 euentū victoriā tradūt. Alexander vero patris regnī successor,  
 & id fortunae quodā impetu ampliāuit, qui cū vicerit illū miserū.  
 Dariū apud Susim & Arbellas victoriā cepit, antiquā ex patre  
 cōsuetudinē omittēs, delabi non turpe putauit, seseque ad Medo-  
 rū delicias inuitari libēter tulit atq; in cōiuijs amicos interemī.  
 Quibus quū morerent auxiliari conatus. Ego autē patriae aequae  
 dominatus sum, quae quū me reuocaret hostiū magna classe ad-  
 uersus Lybiā nauigante parui, continuoq; me hominē priuatum  
 dedi, & damnatus aequo animo rē tui. Quae quidē egi barbarus  
 natus omnisq; graecorū disciplinae expertus, & neq; Homerū, ut  
 hic, edidici, neq; Aristotele magistro eruditus, sed solū mea natu-  
 ra optima sum vsus. Haec quidē sunt quibus me meliorē Alexan-  
 dro esse puto. Si vero ea causa mihi hic preferendus est, q; caput  
 eius diademate ornauerit, id deorū forsā apud Macedones est,  
 nō tamen ob id praestantior hic videat generoso duce, & viro, q;  
 mentis sententia, magis q; fortuna est vsus. Mi. Hiceni ora-  
 tionē neq; ingenerosam, neq; ut libycum decebat, dixit. Tu vero  
 Alexander quid ad haec inquis? Alexan. Oportet quidem o-  
 Minos hoī, adeo temerario, nihil respondere. Soli enī te nomē  
 satis edocere potest, qualis ego Rex, qualis hic latro habitus fue-  
 rit. Aduertere tamē an parū ipsū superauerim. Adolescens adhuc

## SCIPIO.

et aggressus regnū obtinui, & de patris mei interemptoribus victus sum. At quū Thebas subuertissem, toti græciæ terror fui ab ea dux electus, neq; dignū putavi Macedonū regno me cōiunctū esse, quod pater reliquerat, sed totū terrarū orbē sperās, dūtiq; putans nūi rerū oīm dominus factus essem, paucos quosdā meos eū agens in Asiā me traduxi, & ducē Thegoniū magna pugna vici. Lidiā, Ionā & Frigā cepi, & tandē quæcūq; transierim subiugans veni ad ipsū locū vbi darius me expectabat, infinitos exercitus agens. Post hæc o Minos nescis quod ad vos vno die mortuos miserim: Dicit enī Charon, tunc sibi scaphan infusse esse, sed ligna quedā adiungens illorū plures transportasse, atq; hæc cōlect me periculis opponens, & in pugna vulnerari non uimena. Et ut quæ apud Tyrū & Arbellas gesta sunt omittā, vsq;

indos veni atq; oceanū mei regni tronū feci, & illorū hoīm elephantes habui. Porū vero meū captiuū coegi, et scytas hoīes certe nō spernendos subiugavi. Tanalim supertransiens magna equū est pugna vici, ac amicos meos remiseram. De inimicis vltus sū. Si vero deus hoībus videbar parcendū, illis est. Nā rerū magnitudine, ut tale aliquid de me crederent, inducti sunt, tandē mors me regē occupavit. Hic vero Hannibal apud Prusiā Bithiniū exultavit, ut crudelissimo & pessimo hoī cōueniens erat, q; vero ita los vici pmitto dicere, nā non virtute, sed maliciā atq; perfidiā & dolis id peregit, nūq; vero alicui⁹ claritudinis aut iustitiae memores sed quoniam q; deliciose vixeri viuperavit, oblitus mihi esse videt, eorū quæ apud Capuā admiserit. Ibi enī mulieribus deditus est,

## LVCIANT.

& voluptatibus is vir mirabilis per belli tempus inferrebat, ego  
 quoq; ea quæ sub occidente sunt parua quidẽ putans, nisi versus  
 orientẽ me impulissẽm, quid magnificũ perfecissẽm, sed nõ dige  
 na mihi visa sunt illa cõtra quæ pugnassẽm, inclinata reuĩ domi  
 nũ me fatentia. Nã Italiã atq; Libyã ditioni meæ adiungens, vsq;  
 gades facile iussẽm. Iã dixi, tu quoq; o Mĩnos iudica, hæc quidẽ  
 e multis satis sint. Sci. Nõ nisi me prius audias o Mĩnos. Mĩ.  
 Quis tu vir optime es? aut vnde q; hisce claris ducibus te cõferre  
 aodes? Sci. Italus Scipio Romanus. Mĩ. Audiendus quip̃  
 pe es. Sci. Ego o Mĩnos hæc nõ dicã, ne preferri velim, nuncq;  
 enĩ huiusce gñis honoris audus sui, sed semper esse q̃ videri ma  
 lui, nec quod isti vtriq; fecerunt, in me laudando, alios vituperẽ.  
 Iã puero mihi oĩ vitiũ displicuit, & bonis artibus a primis annis  
 deditus, humanitatq; inserviẽs, scire solũ turpe putabã, sed ope  
 semper perficere, quicquid magnificũ a maioribus natu, aut iiteo  
 ris didicissẽm conatus sum. Ita adoleseens vixi, vt maxima patrie  
 spes fuerim, quæ illã frustrata nõ est. Nã quũ senatus maximo i  
 more an esset patria relinquenda consultaret, vix iuuenis, quẽ ei  
 ætati nõ liceret, in medios senes profiliĩ, & stricta ense patriæ ho  
 stem me habiturũ profiteor eũ, qui deferendæ patriæ sententiam  
 protulerit. Quare vix quantũ & vigesimaũ annũ agens, dux elect  
 us, nõ cũ magno exercitu, versus Carthaginẽ iui, itaq; Hanniba  
 le secutus vici, atq; eũ in turpẽ fugã cõuerti, & deuicta Carthagi  
 ne non rei felicitate elatus sum, eundẽ me amicit, eundẽ me patria  
 post victoriã habuit. Diuites vero in bonis amicis esse putavi, nõ

## SCIPIO.

in auro. Nā per quattuor & quinquaginta annos, quibus vixi  
 nihil vnquā emi aut vendidi, ex foro quoq; nunq̃ diuertissem, ni  
 si quempiā mihi aliquo modo amicti fecissem, & vt mercatorib;  
 bus pecunias lucrari studiū est. Ita mihi, vt adipiscerer hoies om  
 ni metallo prestantiores, cura erat. Quibus qualis fuerim Titus  
 Lilius, ceteriq; historici testari possunt. At ex Carthagine reuer  
 sus triumphū egi, censorq; factus sum Aegyptū, Syriā, Græciam  
 percurri. Iterumq; absens consul electus bellū maximū confeci,  
 & Numantiā eueri, atq; alia egi. Nunq̃ me aut in prosperis ele  
 uantē fortuna, aut in aduersis opprimentē vidit, quin tanta an  
 mi liberalitate vsus sum, vt quū grandis dominus esse ponerim,  
 moriens quattuor & viginti solū libras argenti reliquerim. Illud  
 nō tacebo scilicet me nunq̃ iniustū, aut crudelē fuisse, aut alicuius  
 gñis voluptate corruptū. Et hæc vt in principio dixi: nō ea ratio  
 ne q; preferti velim retuli, sed graue erat nō mōstrare, vt est, Ro  
 manos oī gñe virtutū cæteras gentes superasse. Itaq; vt vltus p  
 patria pugnavi, patriæq; pietatē mihi, & rebus cæteris prætuli. Ita  
 pūc apud te o Minos pro patria hæc diſa sunt. Mi. Per Iouē  
 o Scipio, & recte, & vti Romanū decet loquutus es. Itaq; disci  
 plina militari, rebusq; bellicis hisce æqualē, aut te prestantiore fa  
 ciāmus, te præferendū cenſeo, & alexander secundus sis, & terrā  
 Hannibal, nec hic quidem spernendus est.

## LVCIANI.

**Luciani Scalpιδίτ locutores, Charon Mercurius, Menippus, Carmolaus, Lampicius, Damassas, Craton, Mico, Philosophus Charon.**

Vdite q̄ quidē pactio nostra se negotia habeāt, parua

**A** enī ( vt videtis ) ac vetus nobis est nauicula , rimisq̄

fatiscit, ac fluctuū impulsioē naufraga est. Vos vero

nōnulli simul aduenitis, plurima quisq̄ secti deferentes . Si ergo

his cū rebus Schapham ascenditis, vero postmodū vos poenite-

bit quisquis nare ignorabit . Quo itaq̄ consilio tute nauigemus

ego vos docebo, nudos omniūq̄ vacuos rerū ingredi quoscūq̄

oportet, ac cuncta superflua in ripa deponere . Hoc itaq̄ modo

nostri capax vixerit nauicula . Quare o Mercuri hoc tibi de ces-

so sit cure, prater nudata rerumq̄ oīm vacuus, neminem ad-

mittere, i ipso stās i troiu, pepla aliaq̄ ( vt dixim⁹ ) facito quecūq̄

deponere agnosce, et recipe, sed nud⁹ ingredi coge. **MERCV-**

**RIVS.** Perpulchre dicis, sic enī faxo , sed quis nā est is prior ?

**MENNIPPVS.** Ego sum. Menippus, at Vide o Mercuri pe-

rā, baculūq̄ in lacū proeci, ac pallā minime tuli. **Mer.** Ascen-

de Menippe oīm fortissime , primūq̄ apud nauā locū tene, quo

possis oīs intuerier. Quis est hic alter ? **CHARON.** Carme-

lus Magarensis amore semper perditio affectus, cuius duorū ta-

lentū vnicū fuit osculū. **Mer.** Hunc deferre decorē, labia, oscu-

la comā perpexam, orisq̄ ruborē, ac vultus nitorē, o faciū bene,

ingredere iā. Sed quis est alter purpurea veste indutus, caputq̄

diademate praeinctus ? **Lam.** Ego sū Lampicius. **Mer.** Tot

istaq̄ veniens tecū fers. **Lam.** Decet ne o Mercuri hoīem Re-

## SCAPHIDIUM.

gē nudū aduenire? Mer. Regē? minime mortuū vero potes  
us, quare his te exue. Lam. Engazam abijcio. Mer. Et ins  
solentiā, atq; seuitiā abijcias o Lampici, hæc enī sua grauitate nos  
strū submergerent phaselū. Lam. Sic saxo, sed saltē diadema  
concede, ac vestē regiā hñe. Mer. Nequicq; hanc etiā cōtinuo  
depone. Lam. Fiat, nunquid vis aliud? nūc rebus oībus ( vti  
vides ) sum exutus. Mer. Crudelitas, temeritas, iniuriā, iracū  
diā, & alia huiusmodi sunt deponenda. Lam. Nudus iā nudus  
sum. Mer. Ergo ascende, sed tu tam pinguis, tantaq; carne sus  
sultus. DAMASIAS. Damasias athleta. Mer. Videre vi  
deor te in palestris exercitatum esse. Da. Ita, sed me admitte  
nudum venientem. Mer. Nudus venis tanta carne refertus?  
ea est deponenda, nā vnico dūtaxat pede hoc nostrum submers  
geres Scaphidiū, hæc quoq; coronatiōes, preconiaq; sunt abijci  
enda. Da. Profecto nūc quidē sum nudus, atq; alijs par mor  
tuis. Mer. Sic esse magis decet, ingredi iā. Et tu Craton has  
abijce opes, luxuriā pariter ac molliū, tecū ista ne deferas mo  
numenta, nec nō tuorū auctoritates maiorū deferere, Itē et gen<sup>o</sup> &  
gloriā tuā liberalitatis, famā popularē, præterea simulacra ac epi  
grammata, hæc enim o Craton sunt pergrauissima. Cra. Mi  
nime ferā, cuncta q̄ qdē inuitus tamē deferā, proh dii immortales  
quid iā sumus perpeffi. Mer. Dñi boni & tu his emicas armis,  
quid tibi vis? & quid sibi hoc tropheum? MICOPHI  
LOSOPHVS. quoniā o Mercuri ardua domi militiāq; fas  
cinora feci, vt ob que ciuitatibus donatus fui. Me. Arma, tro  
B

## LVCIANI.

pheum humi deferas, nam apud inferos omnia sunt summa pa-  
 ce cōposita, nihilq; his opus est armis. Sed quis est is qui sub hos-  
 nestatis habitu supercilio elatus, curaq; onustus ac perplexa bar-  
 ba ornatus, tam lento pede aduenit. Me. Quidam o Mercu-  
 ri Philosophus, immo magis p̄digus & inanitate refertus, quo  
 circa iube eum spoliari, o quā multa ridenda, iocabundaq; vide-  
 bis sub illa veste recondita. Me. Inprimis Philosophhe hunc  
 depone habitum, tum & reliqua etiam, Proh Iuppiter quantam  
 iactantiam atq; arrogantiam, quantamq; ignauiam, insaniamq;  
 & lites et vanitates, &baq; scrupulosa, labores vanos, nugas, am-  
 bages, atq; omnium genera deceptionum secum tulit? q̄ primū  
 his te exue, & quoq; metire, & potissimum arbitrare te ceteris  
 equalem esse, non quique remis hac dumtaxat ferre valeret.  
 Phi. Cunctis me exuam? Me. O mercuri fac ei barbam ab-  
 radi, nam est res grauissima. Mer. Item depone barbam phi-  
 losophe. Phi. Quis est tonsor? Mer. Ecce menippus, ca-  
 pe securim Menippe barbamq; Philosopho abra-de. Me. Ser-  
 ram potius concede, vt res sit magis ridicula. Mer. Satin est  
 securis, o iam barbam deposuisti. Me. Non vis & supercilia  
 ei abradi? Mer. Maxime. Quid est hoc Philosophhe? quid  
 lachrymas? mortem ne formidas? ascende bono animo. Me.  
 Aliud restat magis ponderosum quod chlamyde tegit: Mer.  
 Quid? cedo. Me. Adulationes, blandiciæ, quæq; alia in vi-  
 ta sibi valde profuerunt. Phi. Et tu Menippe qua gratia hanc  
 tuam non abijcis liberalitatem, læticiam, risum ac fortitudinem,

## SCHAPHIDIVM.

num ceteros solus es derisurus? Mer. Menippe huiuscemodi tecum habeto nam leuia, viliatq sunt, & inter nauigandum oportuna, sed tu orator desere tantam elegantiam, copiamque verborum, & questiones, rationationes, insinuationes atq huiuscemodi plura, nam permaximæ sunt grauitatis. Or. Morrem tibi geram. Me. Scaphidiū satis est refertum, funem igitur a littore soluite, anchoram a prora retrahite, scalas tollite, maelum scandite, agite, vela ventis tradite, tu quoq o nauta clauū dirige. Et quid fletis vmbrae amantes, maxime tu Philosophe an quia modo barbam deposuisti? Ph. Non. Me. Quam obrem? Ph. Quia immortalē me esse putauī. Me. Menestitur, alia re tristatur. Mer. Qua? Me. Quoniam eleganter, copiose, quemadmodum solitus est, de cetero non crapulabitur, neq noctu clanculum scortari dieq adolescentes orationibus allicere, ac eos pecunia emungere valebit, quā obrem summo afficitur dolore. Ph. Tu vero Menippe non formidas mortem? Me. Quo pacto? quum libens volensq ad mortem festinauerim, nemine vocante, sed inter nauigandum nonnulla exauditur vox, vti quibusdā a terra acclamantibus. Mer. Ita est Menippe, nam quidam ad subsellia pergunt, qui Lampiciū morte cōgratulant, eiusq vxor magna mulierū frequentia domū reducī, ac filij lapidibus ex vrbe pellunt. Alij Clopharē laudant oratorē, quidā Cratoni cōdūt epiraphia. mater quoq Damasiæ cū muliebri comitatu in fun⁹ pdit. Te vero Menippe nemo profectio plorat, sol⁹ venis cū silētio? Me. Minime, nōne

## LVCIANI.

rixantes audis canes, coruofq; crocitatēs, a qb<sup>o</sup> ſūmo cū certamīe iam humor. Mer. Strennuus es. Sed iā perfecimus iter. Deſcēdite vos, rectaq; in ius pergite, nobis vero Charon pro reliquis redeundū eſt. Me. Ite bonis animis o Mercuri, nos noſtrum ad iter reuertamur. Quid tanta cū mœſticia contemplantini ius ſubire, ius eſt, feruntq; acerbiffimas hic eſſe poenas ſcilicet rotas, ac vultures, atq; vitā examinare cuiuſq; neceſſe eſt.

¶ Luciani Palinurus, Interlocutores,  
Palinurus, & Cha.

Bſecro te o Charon, ſine me vt iam, nauim conſcendam. Cha. Quis me appellas? Pa. Ego nauita quondam illius, quem nuper viuētem tranſuectiſti, Aeneæ Troiani. Ch. Tu ne ille eſ qui apud portus Velinos inhumatus facebas? Pa. Ille ipſe ſū, ſed crede coeſtiū nutu fieri vt tranſuehar, quorum prodigijs lōge lateq; actę ſinitimæ gentes & oſſa meā iam expiauerunt tumultum mihi tumuloq; inſuper ſolennia ſtatuērunt. Quare te oro o iuſtiſſime Charon patere tandem vt ingrediar, ſic proſpera, ſemper ſit nauigatio tua, ſic ſolida nauis tua, atq; inconcuſſa. Ch. Rem iuſtā petis Palinure, ingredere vt libet, vos vero tam conſertæ vmbrae, quid fatigatis me præcibus? quid fatigatis, quæ nam hæc vīs deſiderij? Expeſtate tantisper, dum trans flumen hunc porto, regrediar q̄primum. Pa. Babeo tibi Charon immortales gratias, qui me his tandem eripuifſite malis, qui me dira hæc tancdē, qua detinebar, tranſſeretandi cupidine liberaſti. Cha. Amo

## PALINVRVS.

te equidem Palinure, tum propter Aeneam regem tuum quem mihi nominasti, qui & super omnes vnquā viderim, mortales, visus est mihi singulari quadam præditus pietate, tum propter meum etiam quod olim commune fuit tibi magisterium, par enī sibi quisq; parem affectat, delectatq; magis quæ inter pares sit, vel confabulatio, vel vitæ actio, afficiebar porro non modico dolore, quum videbam iamdudum te in citiore hac ripa errantē, incertumq; sedis tuæ, neq; licebat tibi succurrere propter legem mihi datam, ne quemq;, nisi humato prius corpore transpossem. sum enim ego minimus inter infernos habitatores, subiectusq; alienæ potestati, cui parere non tam pulchrum mihi, q̃ alijs necesse sit. gaudeo autem nunc, & lætor q̃ ea aliquando se fors tibi obrulerit, quo & tuum implere desiderium, & meum seuehæ dolorem (salua lege officij mei) possum. Pa. Immo ego non minus propter te dolebam o Charon, quia perspiciebam tot te graues assiduosq; labores perferentem, sine vlla relaxatione. Neq; enim me latet, quot, quantiq; vexari malis solent nauum gubernatores, qui nihil aliud in vita q̃ nauigationem exercui, atq; ita exercui, vt nihil illa grauius, nihil periculosius contingere mortalibus, putē propter qd credibile magis tibi videri potest si angebat me vitq; fatigatio tua repetentē, anīmo antiquitas, quas iuuenis etiam sublinebam, nauticas fatigationes meas. Quarum experientia iam edoctus, sciebam probe pari malo tuo condolere. Ch. Frustra propter me dolebas Palinure, nā nihil molesta mihi cæars mea. Pa. Quid ais? Ch.

## LVCIANI.

Nolo gratiam me habere, & iocundam artem meam. Vides ut cruda viridisque senectus est mihi? memini haud unquam ab ipsa quam omnium annos supero longæua ætate mea pertesum me esse laboris mei, quin quotidie insto alacrior atque valentior, sed intelligo cur tu aliter tibi persuadeas. Est enim communis hic morbus mortalium ut soritis suæ quæque distedeat semper, viuaturque contentus nemo studiis suis, laudent vero longe ac beatiore existiment omnes, qui diuersas a se artes atque actiones sequuntur, verum falluntur maxime opinione sua. Nam si recte intueri velint, cognoscent perspicue nullum esse in vita eorum statum, qui non magnis scatet miseris quem non magnæ grauæque perturbent vndique molestiæ & vexationes. Et si detur aliquando, ut alter in alterius studia transferatur, quæ videas tunc sua cuiusque leuia videri, quæ prius pre grauitate accusabat, contraque ea grauiora quæ prius leuia videbantur. Itaque si bene consideres Palinure, non est ita grauis mea conditio, ut censes. neque propterea quod nauclerus sim sum eo miserabilior. Sed tu (ut video) sequeris vanos errores mortalium, ego vero integritatem tantum, iudicijque veri lucem secutus, dego contentus ac lætus sorte mea, neque ascribo mihi calamitatem, quod defudem quotidie nauigando & defatiger. Neque ob hoc arbitror quempiam horum qui mecum simul vltimas sedes colunt, me esse beatorem, non ipsos iudices Minoem. Rhadamantum, & Eacum, quæque magna omnes emineant potestate, non ipsum Diem quæque scepro potens sit atque regna ista mo

## PALINVRVS.

deretur . Sunt nanque & illi sui labores , suæque molestiæ ,  
& maiores forte , quo & maiore regiminis sarcina premun-  
tur . Pa. Potes de te tibi Charon persuadere vt libet , mi-  
hi enim de me nunquã persuadere poteris , quin ars nos-  
tra sine vlla comparatione cæteras laboribus & periculis  
excedat . Quod liquido tibi probarem , nisi q̃ vereor te ,  
dico te afficeret fortasse longior narratio nostra . Cha. Imo  
summa me afficeret recreatione . Nam & delectat me  
tecum sermocinari , & nauigantibus etiam magnam animi  
morum refocillationem asserre solent huiusmodi confabula-  
tiones . Pa. Quando igitur non est tibi in iocundum pro-  
sequar suscepti sermonis nostri rationem , vt intelligamus non  
esse duriores vllam q̃ nautarum sortem , quod tibi facile per-  
suadebo si animaduertas , quos æstus & frigora tollerare eos ,  
quos perhorrescere tonitrus & fulgura , quibus perfundi imbri-  
bus , qua ventorum rabie agitari quotidie necesse sit . Si cog-  
noscas quoties eos torqueri fame & siti , quoties squalore eti-  
am teterrimo consumi contingat , si attendas habitationem  
eorum instar carceris , supellectilem , vel nullam , vel sordidissi-  
simam , strata dura , cibaria aspera , potum immundissimum ,  
indumenta spurca , incommoditatem rerum omnium , noctes  
insomnes & sub diuo semper & inquietas . Taceo perpe-  
tuum alioqui quoddam eorum exilium . Quos patriæ eo-  
rum exteros , profugos , vagos , pallentes , ignaros  
quæstis priuatos , omni ( quo nihil est vita dulcius ) cons-

## LVCIANI

augis, sobolisq; fructu, ac iocunditate, quis non abieciſſimos, longeq; omnium mortalium miſerrimos eſſe iudicabit? pretereo ſcyllam, charibdim, ſyrees, ſymplegades, tot infeſta nauiganſibus maris pericula. Omitto iēpeſtates, q̄b⁹ nec vſu quicq; eſt triſtius nec horribilius, quibus & ad ſummū vitæ vſq; diſcrimen quotidie ſactantur, quatiuntur, & ( quod ſepe accidit ) ſummerſi tandem obruuntur, In qua re nemo eſt qui idoneus magis q̄ ego te ſiſs adhiberi queat, qui cum multis fuerim quaſſatus tempeſtationibus, tum ea maxime, quæ me ex Sicilia in Italiam nauiganē inuallit, tam ſæua atq; horrens, vt horrore ſit adhuc mihi cius recordatio. Non poſſunt certe ( vt par eſſet ) explicare tibi acerbitatē illius tempeſtatis, ſed quanta extiterit ex hoc faci'e coniecturam facere poteſ, q̄ Aeneam ducem, cuius ſumma conſtantia, et animi fortitudo vbiq; decantatur, vidi ego cum contrementem grauiter, atq; ingentē, extentiſq; ad cœlum manib⁹ beatos me lōge inclamantem eos, quibus ad Troiam oppetere contigiffet, lamentantemq; pari ab eorum morte, ac foruiffima Diomedis gladio ſe creptum extitiſſe, crudelem equidem diem illuxiſſe omnibus vltimum, neq; ex numero noſtro quenq; putauit euafurum. Non ipſum Aeneam, non Ilioneum, non Achatem, non Abantem, grandeumue Aletem, quorum naues longe diſiectas, ad ſummumq; pene exitium adductas, inſcīo quæ viſ illa niſi diuina liberauit. Ch. Non incognita mihi narras, hæc enim ea ipſa die reſciui. Pa. quo id modo? Ch. Quo id modo rogas? An aerem fidumq; Orontē ignoras ductorem Liciæ nauis, is qui

## PALINVRVS.

dem tunc submersus concessit ad me illico, exponens mihi ex ordine omnia quæ tu differuisti, implorans deinde opem, rogantemque, multum ut se vltiore in ripa sisterem, quod nunquã passus fui, quũ inter fluctus adhuc corp<sup>9</sup> suum sine sepulchri honore iaceretur. Nunc agit sese circum hæc stagna mœstus atq; errabundus, vidisti illum? Pa. Et vidi, & vnicum meorum malorum solarium habui, dum tantisper in ripa moratus pari cum eo destinebar infelicitate. Nec enim falsa de tristicius interitu retulisti, cuius adhuc imago subit mihi, dum excussum e puppi, contortumq; ter eum atq; circumactum horrendum a fluctu rapidus tandem equore vortex absorpsit, sane quod ad me pertinet nihil edisseram qui licet eam euaserim tempestatem, amarum tandem aliquando etiam vitæ meæ finem inueni, excussus & ipse pariter atq; factus inter vndas (quod deerat) insuper ferro præterea obtruncatus. Ex quo nec tantum mihi timui q̃ Aenææ meo, ne tantis vndis surgentibus spoliata magistro nauis deficeret, hæc etne eorum delitiæ, opes, tranquillitas, sic illis viuatur, sic moritur, tui nunc & aliorum defende studia & artes, contendeq; si libet maiorem esse etiam eorum miseriam & calamitatem, qui patrias incolentes suas, vxorumq; ac filiorum societate beate quiescunt, gaudent, ludunt, scortantur, amicitias colunt, exercentur commode, habitant magnifice, vestiuntur culte, conuiuantur late, curabant molliter, iocundos suos ac genitales agunt dies. Adde qui vrbibus optimates & primarij magnam sibi vendicant auctoritatem, habenturq; summo in precio atq; honore, qui ius dicunt, qui

## PALINVRVS.

causas agunt aliorum, qui falces gerunt, qui ducunt exercitus, qui vel assistunt principibus, vel Principes ipsi magni, illustresque sunt, quibus nec optabilius quicquā in vita esse video neque beatius. Cha. Falleris longe Palinure, nam quos beatiores esse arbitraris, miseriore illi sunt vlla sine dubitatione. Neque enim negauerim fortē subiectā esse nautarū magnis malis, sed ita subiectā ne comparatione aliarum quae maioribus etiam, grauantur incommodis, minus certa misera iudicanda sit. Quid enim tristius (ut ad tuos veniam) qui patrias suas colunt, quid miserabilius quā domi suae agere, & ita agere, ut iucundiores aliquando quā vitam mortem optes? Quae vlla maior calamitas, quā circūdari urbem hostibus, ingruere bellum, volitare tela, stringi enses, perfodi muros, fremere tormentis, saxa dirui, domos tremefieri, & concuti? quemque fame sitiique deficere, corrumpi aerem, occupari mania, spoliari templa, diripi patrimonia, publicari bona, incendia parari, malos exultare, bonos torqueri, affici conuicijs, expelli domibus, vulnerari, carcerari, relegari, desportari, trucidari filios ante parentum ora, vim pati uxores, stuprari gnatas. Videntur an haec tibi mala Palinure, & an his quae tu meministi vlla ex parte comparanda? Pa. Quā vera narras o Charon, quā nunc vel audiēs ista perhorresco. Venit enim mihi in mentem grauis illa & deploranda patriae meae desolatio, Troie inquam tam prepotentis olim atque preclue, cuius euerfione nihil credo referri posse crudelius aut lachrymabilius, tantaque fuit calamitatis eius magnitudo, ut longe plura etiam atque tristius

## PALINVRVS.

ra, q̄ tu supra memoraueris, sibi contigerint, quæ si velis omnia tibi, vt rem certius agnoscas, explicabo. Cha. Haud op<sup>us</sup> est Palinure, quoniã & tempus non patitur, & ego hæc omnia non secus actu nota atq; comperta habeo. Nam & mihi renunciauerūt, vt quæque aduentabāt anīa ex illo bello profectæ. Nihil certe vt nunc tu dixisti peruenit ad aures meas crudelius, aut lachrymabili<sup>us</sup>. Pa. Faxo vt iubeas, sed aduertas Charō grauissimā licet hæc sint, rariora tamen, contingere, q̄ ea nautarū quæ supra exposui. Ch. Referam ergo alia frequentiora & ex ipsis quidem met ciuitatibus, quantum relatio augebit etiā earum miseriam. Vade oro & per ciuitatem, plateas, porriculæque discurre, quid aliud offendes q̄ oblatrantium maledicta, insimulationes pestilentissimas, optimi cuiusque dilacerationem, quid non exploratorum insidias, inidentiumque venena? Diuertere modo gressum ad artificum, mercatorumque tabernas, ac conuentus pete, quid aliud deprehendes, q̄ sermonum nebulas, fucos, mendacia, deceptionesque manifestas? Transfer te hinc in fora publice sedesque iudicarias, quid aliud audies q̄ vndique omnia magno strepitu ac clamore misceri. Quid intelliges aliud q̄ cades hominum, compilationes, furta, grassationes, conspirationes, proditioes. Quæ alia occurrent tibi nisi litigatorum iurgia, & contentiones, testium periurationes, causidicorum præuagationes, iudicum corruptiones, præsidum ambulationes ac rapinæ? Quos ibi alios obuiā tibi habebis, q̄ exultantes

## LVCIANI.

tes improbos, lugentes bonos, oppressas viduas, proculcatos pupillos, egentes prostratos? Attolle postea alius oculos & atria principum perscrutare, quam nō videbis ibi assentorum exaltationē, speculatorum acceptationem, militum audaciam, forneratorum voracitatem, quaestorum improbitatem, & non potentum hominum in tenuiores vim atq; insolentiam? Quas nō concussionēs? Quas non populationes? quos non innocentēs accusari, criminari, carcerari, proscribi. Pa. Grauiā hęc nimis ac miserabilīa. Ch. Et restant alia quæ non minus tibi grauiora, & miserabiliora videbuntur. Pa. Perge. Ch. quæ fortassis etiā grauiora, & miserabiliora iudicabis, quoniā domestica ac frequens magnaq; est eorum pestis. Pa. Fare. Ch. Nolo tibi Palthure afferre in mediū graues longosq; artificum et negotiatorum labores, non eos quibus afficiuntur agrorum cultores, non quibus milites, non quibus causidici, cæterarumq; disciplinarū sectatores, æstus, algores, inediā, peregrinationes, anxitates vel e pericula, vulnera, cædes, districte habitationes, infinitaq; agendī, cubandī, vescendī incommoda vř fastidia, lassitudines, vigilias, solitudines, odia etiā et infamationes. Nam si complecti cuncta sermone meo, atque exequi voluerim, tot tantaque dicenda se offerrent, vt prælongitudine maiorum ac mole, citius nauigatio nostra q̃ oratio finem possit inuenire. Omittam itaque & commemorabo tantum, quas inter domesticos parietes, tum seruorum eum vxorū, ac filiorum molestias ac turbationes pessimas pers

## PALINVRVS.

ferre solent, qui gubernatōi præsunt re familiaris. Cū si ita esses, vtnaualis, expertus, facile quicquid dicturus sū, me etiā tacente, & intelligeres, & approbares. Nā seruorū primo in dominos sp̄ propra maledicta furta ip̄ositiōes, fugas, arrogantiā, negligentiā rene dñorū temulentiā, edacitatē, somnolentiā, tarditatē, ignauitiā, nemo est qui nō videat magnā asferre his qui patiunt infelicitatē. Deinde filios, quorū amore nihil dulcius esse fertur, quanta animi cū amaritudine aspiciant parentes, vel ægrotare, vel mortem obire, quod frequenter admodū fit. Satis existimo etiā te intelligere q̄ vero grauē, & anxitiā credis esse eorū, vel parturitionem, vel educationē, vel institutionē, quoties pro eis bonos parentes gemere, suspirare, dolere, torqueri? Quanta etiā putas perturbatione affici dū quos progenuerunt, immensaq; adeo cura aluerunt vel parū sibi audientes, vel rebelles, & infestos, postea habere cōtingat, q̄ dolenter eos ferre arbitraris, dū insani et vecordes sunt? dū hebetis & crassi ingenij? dū effœminati & molles, dū dilapidār, & euertunt patrimonía, dū nullo bono operi studio intendūt, dū per præcipitiā vitiorū oīm vitā ducūt suam. Quid de vxoribus loquar? quas dos timidas, gen<sup>o</sup> insolentes, forma suspectas, deformitas reddit intusas? Quarū lingua nihil perniciosius, quarū audacia nihil prodigiosius, quarum improbitate nihil execrabilius. Quæ iurgijs sp̄ & cōtentionibus obtundūt viros, quæ semper conqueruntur, semper exprobrant, semper insidiantur. Quibus quum desint cætera, nunquā tamen lachryma gemitus & suspiria, quæ caeca sua, qua tantum ardent, orna-

## LVCIANI.

mentorū ambitione exhauriunt opes, labefaciunt domos, cogunt maritos in malos questus, in dira scælera. Non refero turpissima adulteria, quibus nec punitur minus, nec peccatur magis quicquā, ea quanto dolore afficiant bonos coniuges, nemo satis vnquā iudicio meo enarrare posset, sed magnum doloris argumentum prestant, & grauissimas cædes & ingentia quæ sæpe propter corruptas vxores bella exarserunt. Pa. Hoc plusquā velle scio, nam arduū illud quod ego vidi græcorū, & Troianū bellum propter Helenæ raptum in eam excreuit rabiem quā nulla mundi regio ignorauit. Ch. Quæ toti mundo manifesta sunt ea tantum nostri Palinure, at si singula, quorū nihil me latet intelligeres, adducereris, in tm̄ stuporē stupeſcēs etiā, put miseratione coniugalem vitam lachrymares. Pa. Huius quid narras? Ch. Narro quæ quotidie video & pertracto. Pa. Ergo connubia putas polluta, & coinquinata. Ch. Minime id vnquā dixerim. Pa. At qui multas memini me vidisse ea preditas honestate, ea religione ac vitæ integritate, vt diuinum quoddam magis quàm humanum redolere viderentur. Ch. Et multas utiq; eiusmodi esse confiteor, sed eas quidem quæ optimis, honestissimisque oræ parentibus, ebiberunt a primis annis sobrios & castos mores. Quæ sanctis parentum suorum exemplis educate vitam instituerunt castigatæ, sapienter ad mansuetudinem, edoctæ ad pietatē, ad fidem, ad diuinum cultum, ad reſtum compositumq; regimē rei familiaris. Quæ se a thiasis, saltibus, iocis quæ se a spectaculis, ab immodestiore cultu, a licentiore colloquio abdicarunt. Cæ-

## SCHAPHIDIVM!

rerum quæ contra sanctitatem, quæ malis institutis peruersisq; parentum exemplis imbutæ, molliter vixerint assuefactæ delictis, quæ turpi odio, quæ nihil nisi saltare, canere, fides pulsare, didicerunt, quæ præterea oculis suis auxerunt, matrum præsertim obsecanitates & immunditias. Hæc quæ fide & integritate esse putas erga maritos? Illabuntur si quis dem tanquã venena tenellis mentibus parentum exempla, inde rariore etiam: quæ reris: est hyemalis honestas, quæ qui eas, vel emendatis instituunt moribus, vel sancto innitent exemplo, parentes simul rariores habeantur. Prodeunt postea in publicum quæque etiam procatores, aperta fronte, directo gressu, quasi pudicitiam ipse consecrassè videantur. Et quæ secretum intra cubile probra gesserunt, quum vestem induerint, illa contexisse atque occultasse existimant. Vosque ea vanum vulgus, ita ut cernitis, vera ducentes esse arbitramini. At ego nihil ac res se habet de eis iudico, nuda enim hic omnia atque aperta sunt, non veste hic teguntur maculæ, non pallio obnubuntur scelera, exertos omnes ac nudatos, rerumque omnium vacuos, prorsus huc ingredi oportet. Quicquid in vita male tentatum, maleque actum est, hic fronte coram ipsa demum gestatur, dispoliatur ostentat, Quare non mirum tibi videatur, si quorumcunque nota habeo crimina. Qui quorumcunque ipse nudas, ita ut predixi, transueho umbras, quæ proinde ingentem video earum turbam, quæ cum impudicitiam longe apertam, ostendant suã, pudicissimæ tamen in

## PALINVRVS.

vita habeant. Quantas secū in maritos fraudes gerūt, quot simu-  
latiōes, q̄t, prodiitiōes, quātā hypocrisim, quotā aliorū obscenos  
amores, q̄t pollutiōes, q̄t suppositos part⁹, q̄t mēditas enutriitiōes,  
q̄t alieni seminis susceptas messes? Ac quod ridiculū magis est lu-  
gent, postea ignari mariti in hasce sibi extinctas vxores. Laudāt  
inter cœtus, predicant quasi pudiciæ principes. Statuunt mauso-  
lea, plurimi quoq; epigrammata cōdi, oratiōes scribi, & prohun-  
tari curāt in laudē ac memoriā castitatis fidelq; earū sempiternā.  
An hæc tristitia & amara censes Palinure? Et an cōparationē vlti-  
mā habere putas, cū his nautarū, quæ ea seueritate et acrimonia res-  
censuisti, vt cætera lata, fausta, delictarūq; plena ( si tibi fides dare-  
tur ) existimanda essent. Pa. haud equidē tanta in ciuitatibus  
priuatissq; domibus, quanta modo enumerasti mala regnare cre-  
didissem. Ch. Ita profecit inexpertos sermonem aliquādo inire  
cū his qui multarū rerū vsū atq; experiētiā habēt. Pa. Ita sit.  
Ch. Quid si animaduertas labores, quos perferunt nautæ cor-  
pori magis q̄ anīo insensos, ire cōcedes amplius etiā in sententiā  
meā. Nā huiusmodi res duræ, assiduo quodā vsu & assuefactio-  
ne mitiores fiunt, & quodāmodo domant, quas vero ego me-  
morauī quū animū magis affligunt, non ita vsus & assuefactio  
mitigare atq; edomare potest. Pa. Consentio tibi iā, gaudeoq;  
in eā lucē te illustrante peruenisse, vt intelligā iā magnā aliorū,  
& maiorē etiā q̄ nautarū miseriam. Sed illud nō possum intellige-  
re, quin principes saltē ac magni viri, non dicā nautis, sed cæteris  
insuper quibuscunq; mortalibus beatiore sunt. Cha. Cur?

## PALINVRVS.

Pa. Quorū omnibus abundant atq; affluāt bonis. Ch. Quibus? Pa. Honore, gloria, opibus, delitijs, amicis, potentatu, imperio. Ch. Hicce? Pe. Hicce, & multo pluribus. Cha. Erras. Pa. Errorē hūc optassem in vita mihi. Ch. Deliras. Pa. Maluissēm ita delirare, q̄ tua cū sententiā sapere. Ch. Quid si nihil illis miserius? Pa. Quid si nihil beatius? Ch. 'baud vns quā hoc mihi pemonstrabis. Pa. Nō tibi ij beati vident, qui quicquid ad explendas voluptates optari potest, assequunt, quibus conuiuandi, cubandi, vngendi, lauandi, ludendi, venandi, aucupandi, ad omnē nitorē atq; facietatē semper facultas sit Quibus quotquot velint cōcubitus foëminarū, quotq̄t velint arua, equi, canes, quibus tot sunt serui, tot exculta palatia, tot munitæ arces, oppida. Qui tantū possideant auri, gemmarū, vestitū, suppellectilis. Quibus audiāt oēs, adsurgāt, inclinēt. Quos populi verent, timeant, laudent, decantent. Qui leges dicant, mandēt, exerceāt, proscribant, puniant, extollant amicos, vendicent inimicos, trucident rebelles. Ch. non est tā magna ( vt existimas Palinure ) eorū beatitudo. Nā parit certe fastiditū tanta honorū continuatio tantaq; affluentia. Neq; sapit tm̄, quā nō aliquando intermitit voluptas, prætera quomodo eos tu beatos iudicare potes, qui tantis opibus atq; delitijs suis nunq̄ fruunt cū iocunditate, nunq̄ cū gaudio, qui in tanta rerū copā nunq̄ exhalarent se, nunq̄ releuent animū, nunq̄ exultent. Qui tanta licet bonorū vberitate redundātes, tristitia tamē semper obducant, solitudine premantur, anxietate torqueant. Nō tibi multo optabilior videt priuatus

## LVCIANI

eorū cōditio quorū & vita securior, et voluptates etiā si mentem  
 intendas maiores sunt, quo summa semp condit hilaritas, mulcet  
 festiuitas, explet alacritas. Quantā putas afferre delectationē, cō-  
 munis. quæ cū vxoribus & filiis vita exigis, dū cubant tute, ves-  
 cunt lete, iocant modeste, q̄s dulcē esse arbitraris amicorū inter se  
 & æqualiū parē vitā, domesticū vsū, frequentē conuentū. Quid  
 eorū amore suauius, confabulatione, curis melius atq; cōmodi-  
 us? Quantū credi letitiæ & exultatiōis habeant eorū conuiuia,  
 ludī, cantus, salutationes, quantū dilatent animos & permulceāt  
 Quantū emanet mellis, cuius nec scillā principū aliquis degusta-  
 uit. Pa. Haud intelligo Charon, hanc quā refers regū tristitiā  
 atq; anxietatē, qui inter risus tātū, blandicias, locosq; versant, qui  
 h<sup>o</sup> semper psallat, cantat, plaudent, & quicquid ad transgendum  
 hilarē vitā excogitari pōt exhibeatur. Cha. Etiā vt video iudī  
 eas Palinure q̄ oculis tm pateant, q̄ errore decepti mortales, pluri-  
 mū seduci solent sed q̄d certū afferre pnt iudiciū exteriora cor-  
 poris? quæ velamenta quedā magis sunt veritatis, aut quid cer-  
 ti promittere & ostentare potest frons hoīm? quæ plures q̄ Pro-  
 theus species mentiri, atq; in plures mutari queant. Consideran-  
 dæ sunt secretæ anī fibræ, perscrutandæ sunt interiores mentis las-  
 tebræ, quas si peruidere ita vt frontē posses, proh dolor quantū  
 ibi malorū turbā, quantā formidinū atq; strepitationū aciem in-  
 trospiceres, quot angores, sollicitudines, suspitiōes, quot pestilē-  
 tes morbos, & perturbationes, quanta aperirentur vlcera, quot  
 plage et cædes, quot insidiæ, quot enses, & telorū infinita genera

## PALINVRVS.

quæ nec somnos eorum quætos, nec cibos placidos, nec opus  
lentiam dulcem, nec imperium iucundum nec delicias locustq;  
lætos esse permittât. Pa. Nesciebâ adhuc hæc eorum qui do-  
minant mala, sed cur illis contingant tanta, nō capio. Ch. Cō-  
tingunt tanta propter graues inimicitias, acerbæq; odia quas con-  
tinue cū finitimis ciuitatibus, cum subditis sibi populis, cū sibi met  
ipsis etiam gerunt, quo sit vt ingrauescentibus odijs, incrementis  
busq; iniurijs, quibus quotidie afficiunt quæq; necesse sit illis tor-  
queri & affligi grauiter, cōsidere nemini, suspicari omnia, possūt  
extimere muscas etiam (vt aiunt) volantes, gaudere & letari  
nunquam, tristitia & mœrore detineri semper. Pa. Adducis  
me facile vt credam, suspectas eos habere finitimas ciuitates,  
cum quibus & infusa odia confiteor, propter continua  
quæ exercentur bella, & dominandi libidinem qua pluri-  
mum incenduntur. Cum suis vero quibus imperant po-  
pulis nihil accipere possunt, nisi amorem & dulcissimam  
pacem. Porro si cum finitimis sint inimicitia. Si orian-  
tur bella, ac demum etiam augentur imperia, subducun-  
tur oppida, profligantur acies, spoliuntur & captiuantur hos-  
tes, populationes magnæ fiunt, trophæis decoratur patria,  
victorijs celebratur, triumphis extollitur. Ob quæ & Prin-  
cipum gloria, & vrbium ornatus, & inimicorum timor,  
& populorum inter se læticia atque erga principes fides et amor  
crescit. Cha. At tñ narras quæ p̄spera sūt & læta, ac q̄ frequē-  
ti⁹ accidunt aduersa et tristia pretermittis. Quasi sp̄ eos putes des-

bellare hostes, potiri victoria, triūphis exultare, nunq̃ vero vñ  
 ei, prosterni, agros suos populari, bona sua diripi, & e suis se op  
 pidis deiici, sed maiora hæc pretereamus, de morib⁹ tantū dicaf  
 Quippe si cōferas quas strages suorū & cedes sustinent, coms  
 peries lōge maiore damno q̃ lucro partes eorū victorias cōsta  
 re, discussa ꝑ ratione decessisse plus illis q̃ accessisse. His adijcias  
 vt populorū etiā suorū odia, nedū finitumorū inuelligas, quod ad  
 inferenda bella & persequendos hostes, opus illis est ingenti &  
 munito exercitu, multo nauigio, longa armorū & machinarum  
 præparatione, quæ quū magno et inestimabili consent sumptu,  
 nec pprii suppediet reddit⁹, necesse ē nouis vectigalibus vexas  
 re pplos, nouas inducere prestatiōes, nouas angarias, augere tri  
 buta, multiplicare onera, exhaurire q̃s omniū, eradi marsupia, im  
 mo viscera pauperū, paruos atq; magnos diripere, spoliare, cons  
 culcare. Inde fit, vt quum inuisos manifeste se cunctis intelligant,  
 suspectū tū sibi incipiant habere quenq; Nullius fidei, nulli⁹ amis  
 citiæ credere, cōlectari oia in malā partiē. Habet enī hoc in se peso  
 simū malefactorū conscientia, vt quos iniuriā afficit, nunquā res  
 uocari in amicitia, nunq̃ mitigari et ad veniā moueri posse putet,  
 proinde magis insurgit, grauiores inī iniurias, hūc proscribunt,  
 illū carcere includūt. Quorundā patrimonia publicant, alios su  
 gulari aut strangulari iubent, voluntate pro ratione vtunt, eorū  
 quoq; quos tantis leserunt malis cognitos affines, amicos, socios  
 seruos quasi fidei suæ diffidentes persequunt. Tū ceteri qui cha  
 riores etiā videbant exēpla aliorū preponūt sibi acuntq; ipsi nō

minus odia. Nā nō minus rebus suis ac salutē suā timent, Ita per  
detenti ciuitas oīs indignat, obmurmurat, rapit ira, odijs incen  
dit, coquit nouas cogitatōes, noua concilia molit. Vox eo de  
ueniunt vt hāc intelligentes videant quantā ruinae, quanto que  
precipitio subiaceant, q̃ tenuissimo quasi quodam filo pendeant  
imperia sua. Tū cernas eos pallere, tristari, cōsumi, expauere oīa  
torqueri scelerū suorū consciētia, quā prima est poenarū omnīū.  
Timere hostiū insidias, ciuitū cōspiratiōes, domesticorū proditio  
nes, oppressorū vindictas. Tū securū nihil existimare, nisi quod  
vī ac ferro tueant. Propterea nō credūt se tuto cuiq̃ nō ministris  
nō necessarijs, nō germanis, quorū maiorū etiā q̃ aliorū aucto  
ritatē magis formidant, arcent se ab aspectu & presentia oīm, cin  
gunt se fossis & aggeribus, claudūt se arcibus quasi ad perpetuos  
damnati carceres, custodibus etiā tanq̃ ad expeditionē belli para  
tis, vt obsideri eos putes circūuallant. Nihil illis dulce, nihil sapie  
dū, nihil iocūdū. Dormiūt cū magna inquietudine, cū maiore  
etiā viglant. Terret illos cōuentus hoīm, angit sollicitudo, timēt  
colloquia, timent salutationes, timent dona, suspecti illis aditus,  
suspectae sellae, suspecti cibus & potus, qui nec etiā nisi pregustati  
sumunt, suspecti pellicū & lē vxorū thori. Quibus mirū est,  
cur sine cuiusq̃ pregustatiōe cōgrediant, ipsos vero quorū se cus  
todiz comiserunt nō minus extimescunt, quib⁹ quā carere ne  
queant ob tutelā suā, eo magis auge, eorū timor & miseria quo  
armatos pro firmiore illos presidio esse & necesse sit, quare alie  
nigenas et barbaros hoīes atq̃ abiectissimos quosq̃ sibi deligūt.

## LVCIANI.

eosq̃ frequentius comitant̃. Deijciūt sepius ac exterminant quo  
saluti suæ ( & si non alia at saltē hac via ) consultum esse possint.  
Quid foedius & ignauius dici queat, q̃ hoībus exteris, manibus  
flagitiosis se cōmittere, suos vero prudentes, sobrios, iustos sper-  
nere atq̃ deuigare. Quanta ista tyrānorū foelicitas & quos cōtinu-  
us & ingens semper angore afficit metus quo nō modo anī gra-  
uiter excruciat̃, sed cūcta insup̃ dulcia mūdi dona fugāt & disse-  
panť, quantæ iste eorū delicæ, quanta gaudia, qui tranquillita-  
tē nunq̃ & pacē sibi, ne dicā populis suis aut hostibus cōcesserūt,  
expertes omnino tam sanctissimi atq̃ oīm dulcissimi boni. Quæ  
nā vbertas ista bonorū qui distracti aliunde, neq̃ sciant, neq̃ vi-  
sant, naq̃ pertractent, neq̃ gustent vnq̃. Quanta ista imperij bo-  
na, quæ quī ipsi videre & attrectare non possunt, cōiectant ne-  
cesse est aliorū curæ & gubernationi ignari rerū suarū, nescij om-  
niū ferme quæ sub se gerunt, fraudati quotidie & decepti, ab his  
præsertim quos præ cæteris hauserūt, quibus tamē quū se credāt,  
quot innocentīū criminationes, quot facinorosorū falsas comens-  
dationes audiunt, quoties eorū fidem sequuti, bonos pro malis,  
malos pro bonis ducūt, atq̃ hos beneficijs, illos poenis afficiunt,  
quodq̃ grauius est, quoties ipsis etiā videntibus hi quos tantum  
extulerunt pro sententia sua in foro quosq̃ ledunt, concutiūt, op-  
primunt, atq̃ dilaniant quid mirū si exardescunt postea populo-  
rū odia, si labefacta postea eorū status, atq̃ desolatur, quanta ista  
quantq̃ optāda iperīa, cū quibus et seruitutē pessimā degant sub-  
iecti tantis perturbationibus, tantis insidijs, subiecti ipsis etiam

## PALINVRVS.

quos sibi subiecerunt, constricti quasi quibuscumque regni compes-  
dibus, clausi intra arces quasi magni alicuius criminis rei, coartati  
et instar ferarum, exclusi ab omni quae foris capitur recreatione,  
priuati libertate, quod est tam dulce & omnibus optabile boni,  
non hominibus modo, ceteris insuper quibuscumque animantibus,  
b<sup>o</sup>, cuius priuatione quid est, quid tristius aut infortius contingere  
possit? Pa. Nō credis Charō bonos alijs & mitis mode-  
ratosque naturae tyrannos esse. Ch. Immo multos credo, sed tanta  
est dominandi libido, tantus ardor, tanta nescio quae pestis inge-  
nita, ut quos semel inuaserit, sint summa quauis bonitate praestā-  
tes, adeo illiciat eos, illiciensque deprauet, ut vita potius quam imperio  
quod iam occupauerunt carere possunt, vel ad conseruandum,  
vel ad amplificandum contendunt vnguibus dentibusque, ac prop-  
terea nemo est tam bonus tyrānus, cuius conseruationis, amplificatiōisque  
suae gratia, multis non magnas inferre iniurias, atque ob eas illatas  
nō plurimum timere plurimas ut pati anxietates contingat. Pa. Mi-  
ror cur tantis in malis, quae plane ita ut narraſti vera esse puto, ap-  
petant tantopere mortales imperiū, nisi id fortasse faciūt cupiditē  
honoris & gloriae. Quid nimium tam praestans atque excellens boni  
tolerabiliores reddit tantas quas modo exposuisti miseras. dulce  
quippe est mandare alijs, preferri omnibus, eminerere, precelles-  
se, venerari, timeri, suppliciter exorari, affurgi sibi, via divedi, in-  
clinari ceruicem, flecti genua, audire laudes suas, & rerū bene ge-  
starum decantationes. Quae quum & diuina numina pluri-  
mum capiant, facile intelligi potest quanquam & his quoque

## LVCIANI.

mortalium mentes capiunt. Ch. Quam tantum capere potest tyrannos ullius honoris aut gloriæ exhibitio, qui se certo inuisos omnibus esse sciunt. A quibus si laudentur, si audiantur, si assurgantur, atque incuruetur, intelligunt palam vel assentationis, vel timoris causa id fieri. Quare non est ita dulcis, ut putas, huiusmodi honoris & gloriæ exteriorio magis quam exhibitio. At vero dulcor is est qui in priuatos, homines ab amicis & beneuolis honor exhibetur propter aliquod eorum egregium facinus aut excellentem virtutem. Vera ista gloria, verus iste honor, ac dignus, quo & diuina numina capiuntur. Pa. Nullam ego video causam cur tantopere imperia desiderantur, desiderataque conseruentur, nisi quod habendi cupido, qua tantum trahitur humanum genus, in his maxime expletur. Quo enim quisque plus auri, agrorum ædificiorum, oppidorum acquirere possit, nullo parcat labori, quantumcumque vis magna & intolerabili. Neque ullam amarum labor, quin propter questum, & maiorem rerum cumulationem dulcescat. Ita quum tyranni super omnes plus possideant, super omnes & beatiores videntur, licet cetera eis tristitia sint, atque peracerba. Cha. Neque istud quidem affert vlla beatitudinem, nam in primis non efficit diuitem maiorem habundantiam, sed minor cupiditas. Qui enim paruo contentus est, id tantum cupit quod necessitati vite sufficiat, is abunde est locuplex, propter honestum quod facilius implere potest desiderium, quod quam & impleuerit, liberatus est ab omni, qua alij rapiuntur, habendi anxietate. Qui vero quantumlibet diues plura concupiscit, pluribus indiget, quia perseverante acquirendi insatietate, efficitur minus voti compos,

## PALINVRVS.

quo enī magis crescit multarum rerū possessio magis etiā cupis  
ditas, neq; sinē vnq; habet vorago illa cupiditatis. Deinde nō est  
iudicandus quisq; vel locuplex multitudine, vel pauper paucis  
tate diuitiarū, sed vel rerū magis implemento vel necessitate. Nam  
si multitudinē excedunt sumptus, quō potest credi diues, qui mi  
nus habet q̃ necesse esset, quare quū necessitatē sapius magnam  
patianr, qui tantā imperij molē administrant, indigentiores etiā  
putas sunt priuatis hoībus, quib<sup>9</sup> licet tennes sint opes, at necessi  
tatibus saltē suis, vel pares, vel superiores Taceam<sup>9</sup> graues, quas  
quotidie expilationes, vel rapinas perferunt a quæstoribus suis,  
& ab his maxie, quorū fidei magis credūt: qui quo maiora etiā  
nacti sunt imperia, eo maiora utiq; furta maiorēq; proinde rerū  
suarū diminutionē patiunt, a quibus priuatos saltē hoīes liberos  
esse constat. Qui & diligentius patrimonia sua ipsi per se curare,  
& attentius oīa intueri possunt. Dicamus vero curas, & labores  
quos in administrandis tantis opibus, gubernandisq; tanto potē  
tatu tolerare eos oportet, quorum fortioresq; herculis humeros  
necesse est ad sustētandā tantā molē plures etiā q̃ Argi oculos ad  
tantā rerū varietatē puidendā, atq; distribuendā, plura quoq; q̃  
Iani aut Vertūni capita ad itelligēda examinādāq; tot ac tāta quū  
hostiū, tū populorū suorū que illis negotia deferunt. Quæ tanta  
anī vis que nō debilitet, quæ tanta soliditas que nō cōcuciat, que  
tanta promptitudo quæ nō remittat: Cuius est tanta valitudo,  
tū robur qui se tā fasto curarū pōderi parū audiat polliceri: Cui  
us est adeo æquabilis, & moderatus animus: adeo perseveras:

## LVCIANI

qui tam multis, tanquē continuis laboribus non defatigari, non  
quassari vnquā, atq; infrangi possit Omittamus mortales, de no-  
bis tantū qui hęc vltima loca colimus loquamur. Verū putas Pa-  
linuræ beatiorē esse vel me qui pauperrimus sum omniū, qui nis-  
hil preter hanc quā cernis pusillū lintrē possideo, vel Plutonē lati-  
tātēq; immensū regnī tyrannū intelligo, & si taceas quale de hoc  
sis iudicium prolaturus, crede mihi minime meum cum suo sta-  
tu commutarem. Pa. quare? Ch. Quia letus ago & summa  
animi quiete. Non vllius rei vllam gero nisi transuehendi hasce  
huc descendentes animas, & conseruandi incolumen hunc fasci-  
lum meū, sollicitudinē in qua dicā tibi quicquid est quod me gras-  
uet. Quē enī propter vetustatē fatiscat aliquando rimis, curare  
me oportet vt restituat integritati suæ. Qua eū cōsuo sæpius, &  
obstruo si quid rimarū est, hęc oīs mea cura est, hic oīs labor. At  
Pluto cū tantis diuitijs suis ac regno tanto nūq; laturus, nūq; quies-  
cēt, tot curis carpiſ, quot replet hic vmbriſ locus, implicatū sp̄  
habet vbīq; animū, hinc fert, illinc rapit, oībus intentus locis, oī-  
bus occupatus ministris huic mandat, illū terret, alios acciri iubet,  
metū illi oīa incutiunt, nunc terræ hiatus, nunc motus formidat.  
Sepe illū trepidare cogit lampas phœbi, nec vlla ex parte irradiet  
regno suo. Sæpe et fulmen magni fratris ne penetret auerna, atq;  
labeſciet, quoties vidi ego illū dū rebus suis timet iniectū sum-  
mo curru peragrarē oē hanc, lustrare fines, scrutari oīa diligen-  
ter, ascendere etiā in superū orbem, circuire terras, peruestigare  
quodcūq; periculū perferre posset, nihil oīno incauti et inexplō-

## PALINVRVS.

rati relinquare, quæ cū multis in locis, at maxime ea solet efficere in terris Siciliæ, quæ magis etiā eū terrent propter magnas relictiones Tiphœi gigantis, quibus totā conuassat illam patriam. Nā postquā ipse ausus fuit bella inferre cœlo, iniecere superi eius corpori Trinacriā, sub qua ab omnibus vndiq; montib; press; & grauat; conatur sæpe se attollere, impositaq; sibi reijcere. Pro indeq; magnos concitat motus, ac tantos quidem, vt hæc loca nostra concutiat grauiter & tremefaciat. Cogita nunc q̃ lata & optanda sit fors huius inferni tyranni, cuius tot diuiditur animus curis, tot propellitur tumultuationibus, quē tot oporteat precauere pericula, tot dispensare ministeria, omnia per censere, omnia corrigere, omnia, vel ipse gubernare, vel alijs gubernanda cōmittere. Attēde rogo, & vel ex hoc vno collige eius scēlicitatē: Nā si me deficere contingeret huic nauiculario ministerio, quod ita necessarium, est ( vt vides ) necesse esset eum vices meas subire, ne alioquin deficiente portitore regno suo male succederet. Pa. Hoc profecto non modo verū esse video, sed manibus etiā ipsis ( vt aiunt ) tango. Nam ea nocte qua alto somno grauatus e puppi in mare excussus fui, id continuo sensit Aeneas meus, qui errantē sine magistro nauem intelligens, gubernauit eam tota ipsa nocte, non indignatus, q̃ quæ sceptrum gestare solebant, remum etiā manus attrectarent. Ch. De magno eius germano nihili loquor, non me latet, quantos & ille labores ac curas sustinet. Sed id precipue scio, quum temeritate Phaetonis totus pene orbis conflagrasset, quan-

## LVCIANI.

tum tunc regno suo timuit, quantū tota cœli mœnia circūit, et ne quid labefactū viribus ignis curreret explorauit. Prætereo tertium fratrem moderatorem vndarū, cuius plurimæ etiam ac maximæ curæ nō facile explicari possent, sed præsertim quæ sub illa quæ Phaetontea cōflagratione ad summū pœne vsq; ad exitiū cū toto regno suo eū affecerunt. Pa. de hoc possum, quod oculis meis vidi, afferre testimoniū, vidi equidem tempore illius quem supra retuli horrendæ apud Siliciā tempestatis, commotū grauiter Neptunum, & ex alto prospicientē vocasse ad se Eurū et Zephyrum, increpatīs acriter eis pro tanta suscitata tempestate, placasse ocius oīa atq; tranquilla reddidisse Quod argumētū præstat mihi euidentis plurimarū ( vt inquis ) ac maximarū, q̃ oīa in latissimo imperio suo paria sint, curarū suarū. Cha. Dico Palinure, putas ne iam beatā esse tyrannorum vitam? pa. Minime. Cha. Optares ne viuus eorū sortem? Pa. vt quid optarē? in quo nihil omnino optandū esse manifeste intelligo. Ch. Ergo certo eos arbitrarīs miseros. Pa. Non miseros modo sed omnium etiā miserrimos. Ch. Mirū q̃ modo eos tanta frui beatitudine prædicabas. Pa. Quid mirū si cæcus laudet tenebras, quas postea luci restitutus damnet. Ch. Vis vt & alia eorum mala tibi referā? Pa. Restant itē alia. Chr. & alia et grauiora. Pa. Quid audio, grauiora haud vnquam istud credā posse his quæ modo dixisti grauius aliquid addi. Ch. credes quā audieris. Pa. Dic ergo. Vides vt appropinquamus iam ripæ, non possum longiora te cū iam facere verba. Pa. Rogo te mi Chas

## PALINVRVS.

ron ne fallas audissimā expectationē meam. Ch, An cetera  
rū vmbraŕū quas in litore reliqui audissimā etiā expectationem  
vt fallam? Pa. Non diu moraberis, perge o mi Charon. Ch.  
Immo diutius q̄ soleo demoratus sum, sed lentus etiam nauigas  
ui propter te cuius fabulatione delectabar. Pa. Elge ergo vt fa  
cis lentiorē protrahe nauigationē, vt quæ reliqua sunt dicenda  
prosequi possis. Ch. Ea tandē tanta est tibi audiendi cupiditas?  
Pa. Tanta. Ch. Morem tibi gerā, qua in re illud te scire veli,  
q̄ plurimū miseram reddit mortalium vitam, instabilitas scilicet  
& ruina rerū. Nam certum nihil & permanens in vita quisq̄ sibi  
polliceri queat. Quomodo is beatus censebitur cui<sup>9</sup> summā quā  
tumuis & plenam beatitudinem minima omnis disturbatio vio  
lare & auferre pōt? sane quū oīa apud mortales infirma atq; mu  
tabilia sint, nulla tamē infirmior fors est atq; mutabilior quā tyrā  
norum, quorū etiam cū maior sit exaltatio, & sublimata magis  
status altitudo, magis est proinde ( quū mutari eas contingat ) ca  
sus & ruina. Jnde tantæ tyrannorū proditiōes, euerſiones, truci  
dationes, vt nemo eorum fere vnquā euaserit, qui non vel regno  
depulsus, vel veneno necatus, vel cruenta aliqua & pessima mor  
te casus peremptus sit. Qui talem eorū vl' vitā optabit? qui pro  
modici temporis foelicitate ( si tamen illa foelicitas appellanda sit )  
tam tristi postea, tamq; amaro sine consumat. Horret animus di  
cere, nam ne credas his tantū mortales subiectos malis esse, sensi  
mus & horū magnam partem aliquando nos inferi, licet tam va  
lida nobis, & munita sit ciuitas, tam firma & præpotens, atq; om

## LVCIANI.

nibus vndiq; prælijs circumsepta. Nō possum sine dolore meminisse illius diei, qua Hercules heros ille fortissim<sup>9</sup> hæc regna penetrauit, perfregit fores, inuasit Regem exterruit Reginā, quā & ante socij eius rapere adorti erant, abstraxit cerberū, vinctūq; & catenatum magna vi in orbem duxit, cōcessit loca omnia, trepidare omnes vmbra atq; ipsos iudices fecit, me quoq; non modicum lesit, quē erepta cymba conto hoc meo percussit, pulsūq; grauitè in mediam paludem exturbauit, timui equidem tunc desolatum iri baratrum totum. Credidi tunc supremū Plutoni sinē aduenisse regni, neq; minus illū cū coniuge in predam duci ad superos q; tartareū canē, sed paulo humanius cum eo actum est q; opinabar. Nam tandem sibi ac regno suo bene consultum est, neque tamen ita consultū est quī triplici custode suo se qui tam pernecessarius erat spoliaretur, q; si opinionem meam quæ cōmunis erat fata coæquassent, tunc cernere fuisset, vtrum beator, vel meus, vel Plutonis tanti regis status esset. Ego quidem nihil ambigo, priuatos fuisset hac nauicula, hoc enim habeo tantū quod adimi mihi possit, priuatus etiam fuisset Rege meo, sed quotq; alios voluisset reges procul dubio inuenisset, qui ministerio meo indigentes seruitiū meum perlibenter sibi delegissent, & fortasse hoc lucri fecissem, q; pro vetusta & attrita, qualem hanc intueris, nouam mihi & magis solidam lembum acquisuissem. At Pluto quantas opes quantos honores, quantum regnū amisisset, quantam in egestatem, quantam in calamitatem decidisset. Qui neq; par q; aliud regnū vti parem ego vel meliorē nauim,

## PALINVRVS.

neq; parem alium famulatum, vti parem ego vel mellorem dominum inuenisset. Excedo iam modum dicendi, sed si tempus sinneret, narrarẽ & quibus oli curis vexatus, quantoq; timore percussus propter bella Gigantum fuit summus Olympi rector. Cuius narratio maiorem etiam augetur eorum quæ supra dixi maiorum confirmationem. Pa. Haud opus est exemplis mihi. Nam nemo mortalium fuit, qui maiora q̃ ego vnquã viderit eorum malorum exẽpla. Quid enĩ extitit his temporibus Troiano Rege maius? quid opibus suis cumulatus? Quid vrbibus munitus & pulchrius? & quid demum exitu tantorum bonorum tristius? quid crudelius? quid flebilius? Vidit infelix pater tam arduum & longum bellum, tot cruentas mortes natorum suorum. Vidit euersam funditus & incensam urbẽ. Vidit latrantem coniugem, captiuatã nurus & filias? populationẽ tantarũ diuiciarũ, ipse quoq; quod vltimũ restabat illi, senectutis suæ solatium Pyrric ense confossus, & crudelissima morte consũptus est. Ch. q̃ melius me hæc nouit? qui cunctos hac scapha transuexi. A quibus & omnem calamitatem suam seruatim perdidici. Notus est abũ de mihi Priamus, cuius cognitio acerbo casu, non potui non dolere. Notus est Troilus, noti Hector & Deiphobus, nota est cætera tot filiorum ac nepotum turba, noti innumerabiles qui illo bello perierunt Troiani pariter & Graij duces. Nota est infinita qui tunc occidit populorũ manus. Nullo memini tempore longiorem interfectorum multitudinem huc descendisse, q̃ illo quod ita lassatus fui, vt præ multitudine oĩbus transuehendi minime

## LVCIANI.

hæc cymba sufficeret, plane quid opus est tibi monitore ad aperiendas eorum miseras quas tu subiectas oculis tuis habuisti, quod si præ angustia temporis liceret ( iam enim video propius nos applicare ripæ ) narrarem & milia aliorum tyrannorum, ex quibus cresceret etiam magis tibi opinio eorum calamitatis. Nam illud possum quod certo scio tibi verum confirmare, nullum fere me vidisse vnquam tyrannorum huc descendentium ( descendunt porro omnes ) qui non vel alicuius veneni infectionem, vel magnas vlcerum cicatrices & sanguinolentæ alicuius mortis horrida signa pre se ferret. Ita mirum est videre, tot ac tantos necatos, confossos, cruentatos, trucidatos. Pa. Quis nunc se tantis in malis tyrannum nunquam esse optabit? quis imperia assequi quereret quæ iam certius certo cognosco magis fugienda etiam quam Medusæum caput. Ch. Audisti quibus apud superiores tyranni malis torquentur, sed si intelligeres, quæ hic apud inferos grauiora etiam illis parantur, perhorresceres & longe magis eorum fortē. Pa. Ergo et alia hic tyrannis parant. Cha. Credis Palinure scelera que patrāt mortales hic aliquando impunita esse? Pa. Hoc modo animaduertebā. Ch. Animaduertēdū est igitur tibi, quodcūque in vita peccas, pari demum post mortē & respōdēte peccatis poena puniri. Nā vt capias quod dico, si tu Palinure artem tuam nauiculariam viuens male exercueris, si in dñm tuū mali quicquid, vel cogitaueris, vel cōmiseris, si inaudiens dicto suo existeris, inuenies hic tibi preparatas his quod deliqueris siles poenas. Pa. Nihil pfecto Charon scio, quod male egerim vel in do

## PALINVRVS,

minū meū peccauerim, nisi somnolentā illam dormitionem, qua negligent<sup>9</sup> certe q̄ debebā me gessi, Nā magno in periculo nauū simul & dominū quē uehebat meū reliqui nisi vigilantior ipse & cautior melius sibi cōsuluisset, sed poenarū satis tū ob hoc crasum peccatū meū etiā in vita recepi. Ch. Recipies etiā in mortē. Ibis enī quū e nauī te demiserō ad seueros iudices nostros qui examinant & censent delicta omnīū. Ducent quoq; te in examinationē scrutabunturq; crimīa tua, Videor vero videre, qualē te iudicabunt p̄nā subiiciendum. Pa. Qualis? Ch. Parem peccato tuo tibi poenam statuent. Nam quū somno peccaueris, æterno etiā te somno damnabunt. Pa. Dormiam ergo in æternum? Ch. Ita puto nisi grauius sit aliud peccatū tibi. Pa. sic mites habeam iudices, vt nō sit grauius aliud mihi. Ch. Nul lam ergo nisi somni p̄nam patieris. Pa. non hęc grauis p̄na mihi videtur. Ch. Neq; asinis etiā & bobus, ac magnis & excellenti aliqua virtute predictis viris grauiſſima existimatur. Pa. quas vero dic poenas perferent tyranni? Ch. Audis tot clamantes & lamentantes voces, tot horribicos planctus, tantum stridorem ferri, tot tractus catenarum. Pa. Delectabat me adeo ermocinatio tua, vt his minime animū intenderem, sed quid audio tā triste atq; horrendū, quod prae horrore p̄næ aures meae sustinere non p̄nt? Ch. Sunt hęc quæ audis tormenta tyrannorum. Nū quū illi in vita carcere quenq; inluserint, spoliauerint, flagellauerint, trucidauerint, in summū luctū, ī summā egestatē, & calamitatem deduxerint, damnati sunt etiā ab incorruptis iu

## LVCIANI.

dicibus ad perferendas pares poenas. Ideo teterrimis quoque carceribus inclusi, spoliati, flagellati, rorati, caesi membratim, ac mille atrocissimis moribus cruentati, tantos edunt, quantos audis gemitus, tantum luctum, tot ac tantos reboatus, clamores atque eiulatus. Pa. Dicetiam mihi Charon an his poenis pleciuntur, qui magni atque primarii tyrannis assistunt. Ch. prorsus hisdem. Nam suavis & consilio eorum maxime committunt tyranni scelera sua. Pa. An & in vita illi beati? Ch. Non secus ac tyranni quibus assistunt, nam hisdem quoque malis subiecti sunt, eadem enim sunt in eos populorum odia, maiora etiam inter se, eadem curae, eadem pericula, & quod miserabilius est, deiciuntur saepe a tyrannis suis, & vel carcere, vel morte aliquando pessima afficiuntur. Pa. Tanta est ergo tamque generalis omnium calamitas. Vllam vero prorsus esse putas hominum sortem quae beata duci possit? Ch. Immo beatos aliquos non nego fuisse mortales, sed perraros tamen. Pa. Quos parraros? Ch. Qui amore virtutis & litterarum, contempserunt cetera mundi bona Qui se innocuos, puros, castos, integros, incorruptos, conseruantes, extulerunt animum altius ad gustandam diuinam excellentiam, humana quasi sordida & abiecta relinquentes. Nam virtus per se tam dulcis, tamque iocunda res est, ut incredibiles amatoribus suis afferat voluptates Tam nobilis & prestans est eius possessio, ut summa quadam vbertate ditet possessores suos. Quam qui vere est assequutus nihil preter litterarum studia dulce, nihil preter dei cognitionem habet amabile, quae tantum predulcia sibi bona, stabilia, perpetua, incorrupta praestitit, elegit, custodit, amplectitur.

## PALINVRVS.

Reliqua vero mundi supremo tandē gustu amara, infirma, mortēanea, corruptibilia, fūco mēdatiora, hilo iāntiora, hilla ieiuniora papīs volanti<sup>9</sup> leuiora fugit, cōtēnit, abiicit, ꝑculcat, cōtētusq; seipso ac honestissimis suauissimisq; studijs suis, totū nihili mūdū ducit, ruentē etiā non formīdat. In his recreat, refocillat, latā & iocundā agit vitā, ridet tantas hoīm tanq; stultas & vltro sibi queritas anxietates, tot ineptias, tot cassos labores, tot inanes curas, nemini nocet, nemini molestus est. Laudant eū oēs, predicāt, admirant, beneuolentia cōplectūt, fauore prosequunt, q̄ vere hic beatus est qui conscientiae suae innocentia et integritate fruit. Qd̄ primū est & dulcius oībus, bonus, securusq; sui nullo timore angit, nulla angustia torque, nō timet largas ( quib<sup>9</sup> caret ) quasq; nihili facis diuitias sibi a potentiorib<sup>9</sup> eripi. Nō timet a quocūq; se ledi, qui nec quenq; se lesisse certo intelligat, q̄ vere hic foelix est q̄ tot tantisq; semotus curis & periculis, tantarū vacuus perturbationū, sibi semper alijsq; iocundus, latef semper & oībus quotquot sunt mūdi honestis, et his etiā quae cālibū cōmunes sunt perfruat voluptatibus, qui humaniorib<sup>9</sup> sanctioribusq; deditus stus dijs, cōtemnat oīa, contemnenq; omnia possideat. Nā is possidere oīa videt, nō qui omnibus abundet, sed cui nihil deficiat. Porro, illi nihil deficit qui nihil concupiscit. Concupiscens autem nihil, contemnit omnia. Contemnenq; ita id assequitur quod desyderat. Desyderio vero suo frui ea demum vera & sola beatitudo, beatorumque omnium plenitudo est. Pa. Hi ergo quum nihil mali egerint, poenarum etiam nihil patiuntur.

## PALINURVS.

Ch. Nihil prorsus, immo propter transactam bene vitam meritiū magnū assequuntur. Pa. quid? Ch. Vel cœli fiunt incolæ, cōmunicantq; æternum illis cœlestibus bonis. Vel si huc descendunt, mittuntur in elisium, qui locus ē quietis ac deliciarū, vbi se des fortunatæ, campi aperti, læti, omniū omnino poenarū expertes. Pa. O si mihi ad mortales redire aliquādo contingeret, inelamarē q̄ magna possem voce, admonerem pro suo quocq; officio & dignitate, accusarē tātā laborū frustrationē, tantā curarū vāitātē, tot corruptas opiniones, peruersaq; iudicia sed q̄ maxie increparē, qui, vel magistratu quopiā magno, vel imperio ceteros antecederēt, ostenderē tanta quæ antea ignorabā, sed te docente tūc intelligo mala eorū grauissima, dictū horribilia, reuocarē omnes a vitijs, ab inferendis iniurijs ad meliorē victum, a superflua agēdarū rerū cura, intēderē desyderiū virtutis, laudarē innocentiam, predicarem frugalitatē, exhortarer cūctos ad bene, grauius, castigatēq; viuendū, ad se cognoscendū ad contemnendū, ut caduca & somni cuiusdam, vel vmbra magis similia mundi bona inuitarem ad honestas artes, ad ingenuas exercitationes, ad studia litterarum, ad spem, ac contemplationem diuinæ bonitatis.

Ch. Et recte sane, sed vides & ripam attigisse, egredere iam.

Pa. Et iam egressus sum. Ad iudices eo, placidam opto tibi spem nauigationem, salue o Charon & vale.

Ch. Ego ad reliquas vmbas redeo, placidos opto tibi semper iudices, salue o Palinure & Vale,

## HERCVLES.

¶ Luciani Hercules Locutores Diogenes Hercules, Diogenes

Vnquid Hercules ipse est, haud quisq̃ me Hercule

N alius, arcus, claua, pellis leonina, magnitudo ipsa, to

tus deniq̃ Hercules est, igitur e vita decessit, qui Io-

uis fuerat filius: dic quaeso o praclarissime mortuus ne es: Ego

enim quum terrae superessem tibi haud secus q̃ deo sacrificauit.

Her. Recte quippe sacrificasti. Hercules enim ipse in coelo vna

cum dijs immortalibus consistit. Eben apud se habens cruribus

formosissimam, Ego vero qui te alloquor sua sum vmbra. Di.

Quid nam dicis amabo vmbra ipsius dei: Her. Fieri enim po

test altera eum ex parte deum esse. Altera vita decessisse. Dio.

Vtiq̃. Her. Ille enim nequaq̃ mortuus est. Sed ego dumtaxat

qui sui sum imago. Dio. Perpende nunc peroptime te ipsum

pro sua virili parte Plutoni tradidisse. Her. Sic res se habet.

Dio. Quo pacto igit̃ callidissimus quū sit Aiacus, te eū nequa-

quā esse non nouit, Sed admisit tanquā subinductū Herculem:

Her. Quoniam sibi sum perquā similis. Dio. Vera autumas

nam per similis, vt ille ipse sis. Caueas igitur ne contra sit, tu qui-

dem Hercules exisias. Imago vero apud deos immortales Ebē

in vxorem duxerit. Her. Audax nimium es atq̃ loquax, et nō

si ab argutis quas in me intulisti desinas, senties q̃ primum qua-

lis dei imago sim, arcus enim nudus est atq̃ paratus. Dio. Cur

autem de cætero te timeam, quum semel mortu⁹ sis. Sed per tuū

Herculem dic quaeso, dum ille viuebar, eras ne vna secū, & tunc

imago existens, aut vnus quidem eratis in vita, postea quā e vita

## LVCIANI.

decessistis separati, ille quidem ad deos immortales aduolauit, tu vero vmbra vt dignū videſ, ad inferos adueniſti? HER. Et ſi fas equidē foret nequaquā reſponderi viro ſophiſtice percuſtanti, attamen aures quoq; ad hoc porrigas. Quicquid enim Amphitrionis in bercule erat, id ipſum morte affectū eſt, quod nempe, ego ſum vt dixi totū, quod autem Ioui attineret eſt cū dīs immortalibus conſtitutū. DIO. Perſpicue nunc intelligo, Autumas enim eadē vice Alcmenā duos peperiffe Hercules vnū quidē ex Amphitrione, alterū vero ex ſummo Ioue, ex quo factum eſt, vt geminī vnus matris vtero lateretis. HER. Nequaquā o in ſane idem proſectio ipſi eramus ambo. DIO. Neq; adhuc ad intelligendū id facile eſt, duos Hercules in vnū eſſe compoſitos, niſi quis diceret vos tanq; hypocentaurū in vnum fuiſſe copulatos, hominē videlicet atq; deū. HER. Nonne ſic tibi homines componi videntur animo & corpore? vnde quid prohibet animū quidē ipſū ex ſummo Ioue natū ad eſſe cœlo, me vero mortālē ad inferos adueniſſe? DIO. vtiq; eleganter hæc diſſeruiſti, ſi corpus hac tempeſtate eſſes, ſed incorporea es imago, itaq; periculū eſt, te triplicē iā feciſſe herculem. HER. Quo nā mō triplicē? DIO. Hoc quidē modo, nam ſi vnus in cœlo exiſtit, tu vero apud nos imago. Corpus autē apud tumulū iā in puluerē verſum, hæc tria iam conſecta ſunt. Animaduertas igitur velim quē tertium corpus eſſe intelligas partē. HER. Audax es atq; ſophiſta, ſed quod nomen tibi eſt, qui huc adueniſti? DIO. Diogenis Sinopæ imago, ipſe autem per ipſum Iouem minime cum dīs me immorta-

## VIRTVS.

libus, sed cum mortuorum optimis constitui. Homerum atq; huiusmodi fabulas deridens.

¶ Luciani Virtus Dea locutores Virtus Mercurius. Mer.

Itus dea per epistolas orauit modo, ut ad se irem.

v Eo percontes quidnam me velit, ilico ad Iouem redibo. Vir. Salue Mercuri ago tibi gratias, quando

quidē tua in me pietas, atq; benignitas efficit, ut non penitus despecta ab omni cattu deorū sim. Mer. Exspecto quid narres,

tu modo per breues narrationes facito, nam edixit, ut confestim ad se redire Iuppiter. Vir. Etiam ne tecum nobis non licebit nostras

erumnas exponere? Quos igitur habeo ultores iniuriarum si non modo apud ipsum maximū Iouē, verū et apud te, quē semper in

fratris locū habui, co'ui, obseruauī, condolendi facultas negat. O me miserā ad quos confugiā? Unde auxiliū petam? Equidē

cū ita despiciar malo esse truncum aliquē q̃ deā. Mer. Tandē affare, dū p̃beo operā. Vir. Vidē q̃ sim nuda & sorda? Hoc

ita ut sim, efficit fortunæ deæ impietas atq; iniuria. Aderā sane ornata apud elisios campos inter veteres illos amicos. Platonem. s.

Socratem, Demosthenē. Ciceronē, Archimenidem, Policletē, Praxitelem, & eiusmodi viros doctos qui me, dum viā agebāt,

p̃iissime atq; religiosissime coluere. Interea loci, cum iam non pauci salutatū ad nos aduolassent e vestigio fortuna dea in

solens, audax, temulenta, procax, maxima armatorum turba consepta atq; stipata propoperans ad nos iactabunda,

En inquit plebeia, tu ne maioribus dijs aduentantibus, non

vltro cedis? dolui iniuriam nobis immeritis eo pacto fieri. Ac  
 nonnihil tra concitata inquā, neq; tu maxia dea his verbis me ple  
 beiam efficies, neq; si maioribus cedendum est, tibi turpiter cedē  
 dum cēseo. Illa vero illico in conuitium sese effert aduersum me,  
 Prætereo hic quas cōtumelias in me primū, dum hæc inter nos  
 geruntur, effuderit. iccirco Plato Philosophus cœpit contra nōs  
 nulla de deorum officijs disputare, illa excādescens, apage te hinc  
 verbose inquit. Non enim decet seruos deorum causam suspice  
 re, ceperat & Cicero orator plura va'de suadere, at ex turba ar  
 matorum erupit. M. Antonius præpotens latera illa sua disglā  
 diatoria ostendens, grauissimumq; pugnum in os Ciceronis in  
 iecit, hinc cæteri mei amici perculsi metu, fuga sibi propere consu  
 luere, neq; enim Policletes peniculo, aut Phidias scalpro, aut Ar  
 chinides Orosco, aut cæteri inermes aduersus audacissimos ar  
 matos, eosq; prædis atq; homicidijs fuetos bello ad setuendos  
 valebant, ergo me infoelicissimam ab ipsis dijs omnibus, qui tum  
 aderant, atq; hominibus desertam pugnis ac calcibus totam con  
 fregere, vestes meas diripere, in lutum prostratam reliquere,  
 demum abiire ouantes. Ego vero ita confecta cum primum licu  
 it conscendi huc, vt I. O. M. his de rebus facerem certiore, iam  
 quidem mihi, vt intromittar expectanti mensis elapsus est, dūq;  
 id vt impetrem omnes deos exeuntes atq; redeuntes precor, no  
 uas semper aliquas excusationes audio. Aut deos aiunt vacare,  
 vt in tempore cucurbitæ florescant. Aut curare, vt papilionibus  
 alæ perpulchræ pictæ adsint. Quid igitur? ne vero aliquid semo

per habebunt negotij: quò non exclusas teneant ac floccipendunt. Tum etiam & villicus suscepit curam dudum ne cucurbitæ suæ pereant. Nos in neque diis neque hominibus cordi sumus. Has ob res te iterum atque iterum precor obtestorque Mercuri, qui se apud deos ipsos interpres exstitisti, & ut causam hanc meam iustissimam atque piissimam aspicias, ad te confugio te supplex oro, in te omnis mea est spes, atque expectatio. Da queso operam, ne, dum a vobis excludor, ipsis quoque mortalibus sim ludibrio. Nam erit quidem dedecus deorum ordini, ubi homunculi me tam & si infirmam deam floccipendant. Mer. Audiui doleo, verum pro vetere nostra amicitia vnum admoneo, duram nimis atque difficilem causam te aduersus fortunam suscepisse. Nam & Iuppiter ipse, ut cæteros omittam deos, cum se ob accepta beneficia nimium fortunæ deberet sentiât, illius vires neque potentiâ veretur. Ea enim ad cælum diis ascensum prestitit, atque ubi vellet, valens sua armatorum manu eijciât. Qua de re si sapias inter plebeios deos ignota, quoad fortunæ odium extingui sis, latebis. Vir. Aeternum latandum est, ego & nuda, & despecta abeo.

Lipsiæ ex ædibus Valentini Schumacheri

Anno domini Millesimo quingentesimo vigesimo.

E 11j